



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 8. Pœnitentia comescit tempestatem, à qua fuerat, & ipsa Alphonso regi obiecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

mina jaciebant, ex quo & cecitate confusi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti millia, quingenti, & equites sexcenti. Olim duo fulmina belli Scipiada dicebantur. Hi duo Angeli, immo quinque, an non æquius belli fulmina poterat appellari? Machabæo autem, an fulmen non profuit? exercitum totum Israëlitarum, immo cœlum ipsum defendit, ut verè fulminatrix legio posset appellari. Quin & tibi, Rex Alphonse, profuit: terruit, ut resipisceres; & vel iam tonat, ut minis erudiaris. Adhuc misericordiam sperare potes, si te finis doceri; sin in amentia tua perseveras, & fulmen, & æternos ignes expecta, in pœnam desperatorum, creatos;

Pla. 97.4. *Tunc demum ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Nunc tantum præluditur. Nunc fulgurantem vidisti: nisi in tempore sapis, experieris fulminantem DEVM. Tunc idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicabitur.

§. VIII.

Pœnitentia compescit tempestatem, à qua fuerat, & ipsa Alphonso Regi obiecta.

Rex & oratione ista fulminatus, & metu tam tremæ tempestatem iam antè percussus, primùm cœpit, publicè, nefandas suas blas-

blasphemias retractare, ac illud: *Bene omnia fecit*, profiteri. Deinde instantis mortis gehennæque formidine, eidem Eremitæ peccata sua voluit confiteri. Mox, magno animi mœrore, ac eiulabili pœnitundine doluit, à se Numen, tantâ stultitiâ, quantâ superbiâ offensum. Secutę sunt dolorem hũc amarissimæ lachrymæ. Stupendum dictu, quò ille vehementiùs fleuit, eò se magis fregit tempestas; quæ tantò serenior effecta est, quantò ille vberiores imbres fudit lachrymarũ. Neq; desijt ille insanias suas antè deplorare, quàm DEVS & cælum ad liquidum tranquillaretur. Sic fulminat misericors Dominus: vt ostendat superbis errorẽ suũ; ad modestiam eos redigit, docetq; vel in hoc, magnam esse fulgurum, tonitruum, fulminumque vtilitatem. Alphonsum certè aliter, post illa, sensit, aliter vixit, piẽq; pœnitentiã actã, apud Hispalim, defunctus, cor suũ eviscerari, Murtiã deferri, & in templo S. Mariæ, quod magnificè construxerat, sepeliri iussit. æternum diuinæ potentia, patientiaque monumentum. Ita, qua potentia, Apollinis in Daphne idolum, ac Iuliani Apostatę, contra Babylã martyrẽ, insolentiam fulmen deiecit, deiecit & superbiam Alphonfi.

§. IX.

Baron. in
Martyrol.
24. Ian.